

per hoc q̄ a summo celo fuit egressio ei⁹: ⁊ qua
liter domin⁹ ad nos descendit. Similit̄ Jsa. xi. c.
Dona spūs sancti enumerās. Ultio ponēs timo
rem dicit ⁊ repleuit eū spūs timoris domini. Sꝫ
Lucas i hoc euāgelio. Cū sc̄m esset illaz enume
rat ascendēdo: quia post baptisimū eā enumerat
nec sistit i Abrahā. sed in eadē vsq; deū pcedit p
gradus sic qui fuit hely ostendens per hoc q̄ a
baptismo iter est ad deū: sed hoc quasi p quosdā
gradus hūmū qui significant p patres gradatim
ordinatos: ⁊ tangit filios sꝫ legē nō sꝫ naturā sic
qui fuit Nathan: qui fuit Dauid supple fili⁹. s. ad
optinus. Una ergo generatio describit̄ descendē
do altera ascendēdo: quoniam vna carnalis altera
spiritualis. In vna ponitur genit⁹. vbi carnalis ⁊
tēporalis successio exprimit̄. In altera ponitur q
fuit: vt notetur spūalis generationis adoptio: ⁊
ascribitur descendēdo: vt notet̄ spūalis ascensus
Prima terminata est i virginis partu. Secunda
nobis ichoata est per baptismū. Tria ergo sunt
euāgelia huius solēnitatis. vnū est de baptismo
s. sc̄m est. secūdū de magis. s. Cū natus eēt Ihe
sus: quod dicitur i missa. ⁊ ibi dicit̄: Sicut. n. scri
ptum est p prophetā. s. Micheas. cap. quinto. Ter
tiū est de nuptijs: quod dicitur in dñica sequētī
post festū Pillary. ¶ Sane pmissa duo euāgelia
de generatione christi de nocte dicunt̄. Vnus in
natiuitate. Alter i epiphania: quia vterq; christi
generatio fuit in nocte. s. obscura ⁊ pōius sensib⁹
nō intellecta. De hoc enī sub natali dñi est post
euāgelium ecclā exultando dicit̄. Te deus lauda
mus. ¶ Partū ergo agitur de baptismo dñi i no
cturnali officio. sed suppletur i octaua i qua agi
t de apparitione facta i baptismo: presertim i anti
phonis laudis: que ostēdūt effectū baptismi i no
bis. s. vt baptizaremur: vt a peccatis p nostris la
uacriū abluamur. Omēs enī vnus ⁊ septimī to
ni sunt vnus: ad notandū ecclē vnitatē i qua so
lum baptisma prodesse potest. Septimi ad notā
dum q̄ in baptismo datur septiformis gratia spi
ritus sancti. vel quia p baptismū puenit ad septi
maz etatē quiescentius. Si enī aliquis statī post
baptismū digne acceptū decedat. mox recipit p̄
mam stolam que datur i septia etate. s. in secūda
vespera. Antiphona vero ad Magnificat ē octa
ui toti: quia i vespera mundi nobis dabitur stola
secūda. s. gloria corporis: quā i octaua etate nos
recepturos speramus. Duplex est enī mundi ve
spera. Prima est sexta etas fin quod domin⁹ di
citur i vespere mundi natus. Juxta illud. Uer
gēte mundi vespere. Secūda est finis mundi in
qua vel post quā dabit nobis gloria carnis: de q̄
dicitur. Ad vesperā demorabitur flet⁹. Nā vsq;
tunc erit fletus miserie nostre: sed tunc erit finis
Dicit̄ etiaz ad horas capitulū illud. Surge illu
minare: ⁊ illud super te autē: ⁊ illud. Inundatio
que sunt Jsa. lx. c. Missa siue diurnum officiu
similiter pertinet ad p̄mū p̄ncipale ⁊ p̄cipuū mi

raculū. s. ad p̄micias gentiū: ⁊ ad munera mago
rum ⁊ ad christi natiuitatē. Unde introitus q̄ su
mltur de Jsa. licet nō sit ibi cōtinue: est Ecce ad
uenit ⁊ c. Ecclā enī de gētibz electa p suo voca
tionis initio gaudens graciosus laudis p̄conium
offert deo p sua salute dicit̄. Ecce ⁊ c. q. d. Ecce i
ppatulo est q̄ dom⁹ natura: dominator effectus
aduenit. i. ad nos venit ⁊ carnē assumpsit. vel vt
allaudam⁹ presenti diei ad nos venit. i. q̄ i carne
latebat p multa signa deus eē apparuit: vt p stel
lam: per magorū munera: p vocē paternā: ⁊ per
spiritū sanctū i colūba: ⁊ ppter hoc vtiē aduerbio
demostrādi ecce ostēdens apparitionē filij dei q̄
si ad oculū p̄missa. ¶ Epistola. Surge ⁊ illu
minare: ⁊ grad. Oēs de sabba ⁊ c. sunt de eodez
⁊ sumunt̄ de Jsa. lx. c. ⁊ euāgelium de eodē. s. Luz
natus eēt ⁊ c. qd̄ est Math. y. c. Ex quo sumitur
alleluia ⁊ cōsonē. Sicut autē matutino officio fit
suppletio in octaua: vt iā tacitū est: ita ⁊ de misse
officio simpliciter fit suppletō. Nā introitus misse
hodie ne notat gaudiū gentiū de aduentu salua
toris exultantiū: ⁊ in collecta hortatur gētes ad
cōtēplandū ei⁹ specie quā per fidē cognouerunt
Reliquū totū est de miraculo huius diei. s. de gē
tibus per stellā ductis. Nō est etiā p̄mitten
dū q̄ i italia i missa hui⁹ diei futurum pascha po
pulis annūciat̄. Sacerdos nāq; vlti⁹ post offer
toriu dicit̄ alta voce. Annūcio charitati v̄re gau
diū magnū quod erit oī populi. quia. lxx. erit ta
li die ⁊ pascha tali. In concilio hō Diacharē.
de cō. di. iij. placuit p̄mo. ita legi. Placuit vt p⁹
quā oīa i cōcilio sacerdotū fuerit ordinata super
venturū ipsi⁹ anni pascha quo kalendarū die. i. q̄
die ante vel post kalēdas: vt quota luna debeat
suscipi a metropolitano ep̄o itimef q̄ ceteri ep̄i:
vel reliqu⁹ cler⁹ breuiculo subnotātes vnusq; sꝫ
in sua ecclā adueniēte natalis dñi die post euan
gelicā lectionē populo annūciat̄: hoc tamen non
vbiq; fuat̄. ¶ Rursus i cōcilio Cartagin. c. disti.
placuit. i. Statutū ē vt dies pasche formatariū. s.
l̄farū subscriptione oībus intimef. Dies hō cōc
ly. xi. kalēdis nouēbris seruet̄. Quidaz tñ vltra
montani ep̄i i synodo quā celebrāt die mercurij
p̄mion festo beati luce p̄missa annūciat̄. Qui
dā asserunt i vigilia epiphanie ieiunādū fore: eo
q̄ sibi p̄pitiū officiū appropriat̄: ⁊ alleluia in offi
cio nisi in dñica iterueniat sabticef: ⁊ dñ euāgelij
um Defuncto berode: quod est Mathei. y. c.

De octaua epiphanie. Rubrica.

In octaua epiphanie in omni can
tu ⁊ i lectione Jsa. que legitur
pro epistola. s. Domine de⁹ me⁹. agi
t de baptismo. Unde ibi dicitur. Exul
tent solitudines Jordanis: ideo q̄ in Jordane
vim regeneratiuā dominus contulit aquis insti
tuēdo baptismā: ⁊ q̄ gentes que a deo p̄us erāt

quasi in solitudine deserti ad eū redeiit. Octaua ergo epiphanie suppletionis est: ut in it. pcedēti dictū est quia sicut i festo eccolumus quō christ⁹ baptizatus est: ita in octaua rem ppter quā baptizatus est: quod antiphona illius dici ostendunt. In octaua igit de secūdo epiphanie miraculo .s. de baptismo iubilat: ut in antiphona Uterē hominem: et ceteris que sequuntur que qz translate sūt de greco in latinū graui⁹ cōtinēt in dictamie ideoma: Et sūt de septimo tono: qz ptnēt ad baptismū ubi septiformis gratia spūs sancti operat⁹ et sunt nouem: qm̄ per ianuā baptismi puenlem⁹ ad confortiū nouē angeloz. Sūt tamē octo de h̄ expressius agentes: ppter verā octauā ad quam baptismus ducit. Et merito baptismi officium ad octauā differt quia vicem tenet circūcisionis q̄ i octaua celebrat⁹. Et cantat⁹ hac die Inuitorū. M̄ pdicantibus apostolis ad baptismū sūt hoies inuitati. Quedā h̄o ecclesie dicit⁹ hac die ad missā euangelii Venit Ihesus a galilea: qd̄ est Matthei. ly. c. Alij dicūt Uidit Ioānes Ihesus veniētem ad se: qd̄ est Jo. c. i. que ambo pertinent ad lram ad baptismū xpī: et epistolā Surge illūare.

De prima dñica post epiphaniā. Rubrica:

De prima dominica post epiphaniā. s. infra octauas dicturi. premittim⁹ qz ab epiphaniā vsqz ad. lxx. pnt esse sex dominice ad plus: et vna ad min⁹. In quib⁹ oibus intēdit ecclesia in nocturnis officiis ostēdere apparitionem domini: ut stella oriat⁹ in nobis q̄ ducat nos in bethleem superiorē: et fere oia que hoc tēpore dicitur ad gaudiū ptnēt. Verūtamē nō nisi tres ex ipsis dñicis ppiū habent officiū: et iō quādo quatuor sunt aut plures sequēs officiū dñi in quibusdam ecclesiis. i. prima dominica post octauas quādo h̄o sunt tres dominice trī: dñi in dominica infra octauas. In hac ergo dñica. s. infra octauas monet nos ecclesia in introitu: ut offeram⁹ dño aurum: quia rex regū est. et thus qz de⁹ deoz et hoc idem facit in duab⁹ sequentib⁹. Et ē introitus In excelso throno vidi sedere vlx que adorant multitudinem angeloz quod sumptū ē de illo loco Isa. Uidi dominū sedentē sup solū excelsus et qz n. hic dicit thronū: dicit ibi solū qd̄ idem ē et qz dñi hic multitudo angeloz: idem etiā est qd̄ dñi in Isa. qz angeli canebāt Sanct⁹ sanctus sanctus. Sane thron⁹ excelsus est ecclia in qua sedet deus qui monet nos ut adorem⁹ christus sic vlx regem. Epistola h̄o monet nos ut offeramus mirram: dicēs: Obsecro vos per misericordiam dei ut exhibeatis corpa vestra hostiam uiuentē sanctā deo placentē et c. ad Ro. xy. c. et p h̄ ostendit mirra: que intelligit⁹ in carnis mortificatione: Euāgelium est de apparitione domini. Cū factus est Ihs annor. xy. et c. Luc. y. c. vbi se-

quitur Mater eius inuenit eum in templo disputa-
tantem cū sapientibus et docentē. Pōt etiā dici qz ad hoc ut efficiamur thron⁹ quo dñs sedet: tria sūt nobis necessaria. mūdicia carnis. hūilitas mentis. exultatio in domino. Ad mūdiciā carnis inuitamur in epistola: vbi dñs Obsecro vos et c. ut supra. Ad humilitatē mentis in euangelio xpī exemplo: de quo ibi legit⁹ qz parentibus subdit⁹ eāt ad exultationem in domino in graduāli i q̄ benedicimus domino qui facit mirabilia solus. et in alleluia. et in offertorio in quo domino iubilare debemus. Interest tamē intē alleluia et offertorium quia in alleluia tantū semel dicitur Iubilare deo omnis terra. in offertorio autē geminat⁹ sub diuersa melodia: ad notandū qz in gaudio dñi crescere debemus: qz sum⁹ missicū corpus. vnde in euangelio dñs Puer autē crescebat et c. In cōmunionē que est Luce. y. notat⁹ christi hūanitas: fm quam vocat eum filiū: et quasi increpās dicit. Fili quid fecisti nobis: sic et etiam deitas fm quā ipse dicit Nesciebatis: quia in bls que sūt patris mei oporet me esse.

De dñica secūda post epiphaniā. Rubrica:

In hac secūda dominica q̄ est prima post octauas: et in sequentibus dominicis cantat⁹ in quibusdā ecclesiis ad vespas in sabbatis rñsoriz Peccata mea domine sicut sagitte infixae sunt in me: sed anteqz vulnera generent in me. i. peccata alia sane me et c. et ppter eandē cām dñi in primo rñsorio matutinali Domine ne in ira. Ostēdit. n. ecclesia suis filiis penas ignis purgatorij et inferni: quia comedēdus est agn⁹ paschalis cū lactu-
cis agrestibus. et ut molamur inter duas molas .s. spem et timorem. Quia h̄o intendit ecclesia nobis manifestare fidē filij dei: ut dictū est: quod sit melius per epistolas Pauli et psal. ideo leguntur ipse epistole: et psalmi cātant⁹. Dia. n. fere rñsoriz ab octauis epiphanie vsqz ad. lxx. sūt de David nō de bellis sed de psalmis. In quibus instrumur de bonis operibus: quia fides sine operib⁹ mortua est extra de sacra ync. c. i. et quia maxie i psalmis dei misericordiam implozam⁹: et propter hoc quidā legūt de psalmis hoc tēpore: ut sic responsorio lectionibus correspēdeāt: sed psalmi legi nō debent: nisi put quidā faciūt triduo ante pascha. Et nota qz pene oia responsoria domini carum hui⁹ tēporis vsqz ad. lxx. sumūt de nocte no dñicali: et de quinqz psalmis q̄ sequūtur scilicet Deus deus meus respice. et alijs responsorijs secunde ferie. similiter de eius nocturno sumūt: et ita fere de oibus alijs. Epistole h̄o pauli legunt⁹ primo quia ipse pre ceteris de fide locutus ē: per quam quasi p stellā christus cognoscit⁹. In illis enim ad penitentia reuocamur. Secūdo qz sicut pphete nascitur⁹ dominū predixerūt: et maxime